

In illis temporibus. Loquebat^{dnr} in discipulis suis in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. et nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paratum. tauri mei et alulia occisa. et omnia parata sunt. uenite ad nuptias. **ET RELIQUA. Incipit homilia lectio- nis eiusdem. habita ad populum in basilica sancti clementis martiris.**

EXTVM

lectionis euange-
lice fratris karissimi uolo si
possum sub breuitate
transcurrere. ut in
fine eius ualeam ad
loquendum largius
uacare. Sed querendum prius est
an haec apud mattheum ipsa sit
lectio. que apud lucam sub ap-
pellatione cenae describitur.
Et quidem sunt nonnulla que
sibi dissona esse uideantur. quia hic
prandium. illic cena memoratur.
hic qui ad nuptias non dignis
uestibus intrauit repulsus est.
illic nullus qui intrasse dicitur
repulsus esse prohibetur. Quae ex-
recte colligitur. quod et hic p

nuptias presentis ecclesiae. et illae
per cenam aeternam et uitam
conuiuuii designantur. Quia et
adhuc nonnulli exituri in-
trant. et ad illud quisquis
semel intrauerit. ulterius non
exibit. At si quis forte con-
tendat hanc eandem esse lecti-
onem. ego melius puto salua
fide alieno intellectu credere.
quam contentione deseruire.
Quoniam intellegi congrue forsan
potest. quia de praeterito eo que
cum nuptiali ueste non uenerat.
quod lucas tacuit. mattheus
dixit. Quod uero per illam cenam.
per hunc autem prandium dicitur.
nequaquam ut hoc nostrae intelle-
gentiae obsistat. quia cum ad horam
nonam apud antiquos quoti-
die prandium fieret. ipsum
quoque prandium cena uocabatur.
Sepe autem iam dixisse me me-
mini. quod plerumque in seculo
euangelio regnum celorum
praesentis ecclesiae nominatur. Congre-
gatio quippe iustorum. regnum
celorum dicitur. Quia enim per
prophetam dominus dicit. Caelum michi
sedes est. et scriptum est.
Anima iusti sedes sapientiae.
paulus etiam dicit. christi dei uir-
tutem et dei sapientiam. Li-
quidam colligere debemus. quae
sicut sapientia. anima autem iusti

